

1523. q. 9. Febr.

Ex Histor. Micchov. Nakiel.

613

152

Leo episcopus servus servorum Dei: dilectis filiis,
preposito prepositura seu domus sepulchri Do-
minici Hierosolimitani Micchoviensis, ordinis san-
cti Augustini Cracoviensis diocesis, salutem et
apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur
quod iustum est et honestum, tam vigor equi-
tatis; quam ordo exigit rationis, ut id per so-
licitudinem officii nostri ad debitum perducatur
effectum. Exhibita sane nobis nuper pro par-
te tua petitio continebat. Quod alias tunc pri-
or generalis domorum et fratrum Domini-
ci sepulchri Hierosolymitani ordinis sancti
Augustini, ex certa eius scientia, vicariatus of-
ficium domorum et canonicorum fratrum Do-
minici sepulchri huiusmodi, in Polonia maio-
ris et Russia regnis consistentium, pro tempo-
re existenti preposito domus Domini-
ci sepulchri huiusmodi de Micchovia, dicti ordinis
concessit, et assignavit, ac eundem preposi-
tum in vicarium suum instituit, et creavit,
dans et concedens eidem preposito pro tem-
pore existenti, per se vel alium seu alios,
quando et quoties sibi videbitur expedire di-
cti ordinis domos, prioratus, et ecclesias tunc
in ipsis regnis constructas, et construendas,
ac illorum personas tam in capite quam
membris, visitandi, et corrigendi ac puniendi,
ac absq; locorum ordinariorum licentia, electi-
ones in locis sibi subiectis, pro tempore fa-
ctas approbandi confirmandi cassandi, et
irritandi; ac domibus et locis regnorum
huiusmodi de personis idoneis providendi;
ac eius auctoritate loca et canonicas por-

Monastica.

tiones

Lisovstis.

tionem inibi erigendi, et de illis etiam providen-
di, ac Rochetum fratribus dicti ordinis in ipsis
regnis commorantibus pro tempore canonicis,
iuxta regularia statuta eiusdem ordinis conce-
dendi et tradendi. Responsiones quascunq; vica-
rio pro tempore existenti, domorum et fratrum e-
orundem debitas, et in futurum debendas peten-
di, exigendi, ac denegantes indebite illas solvere,
aliosq; quoscuq; eisdem preposito pro tempore e-
sistenti, ac eius monitis et mandatis non pa-
rentes excommunicandi, et si opus fuerit au-
xilium brachii secularis invocandi. Nec non de
receptis quietandi, et absolvendi, ac omnia et
singula alia, que pro tempore ipse generalis,
tam sua ordinaria quam apostolica authorita-
tibus, facere et exercere possit, faciendi, et ex-
ercendi, concessit facultatem, eius de super
conscientiam onerando, prout in patentibus li-
teris dicti prioris generalis desuper confectis
plenius dicitur contineri. Que omnia a no-
bis apostolico petisti munimine roborari.
Nos itaq; tuis in hac parte supplicationibus
inclinati, concessionem, assignationem, et fa-
cultatem predictas, sicuti rite, et provide pro-
cesserunt, et facte sunt, authoritate apo-
stolica confirmamus, et presentis scripti pa-
trocinio communimus. Nulli ergo omnino ho-
minum liceat hanc paginam nostre confir-
mationis, et communitonis infringere vel ei au-
su temerario contraire, si quis autem hoc at-
temptare presumpserit indignationem omnipo-
tentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum
eius se noverit incursum. Datum Roma apud
sanctum Petrum, anno incarnationis Dominice
1523, nona octobris pontificatus nostri an-
no octavo.